nunc eſſe. qui ſi quemlibet ut quon
dam magnus fecit athanaſius iniquo
motus imperatoris fuga declinantem iu
deret. ei ut maximinus gremium cari
tatis deo fiſus aperiret. immo latebram
praeſtare uel remotiſſimus quiſque refu
geret. ne dum alium tegere molire
tur. ſemetipſum laqueis calamitatum
exponeret. At maximini incelleber
rima eademque tunc regia ciuitate
fortiſſimum excipiens confeſſorem. diu
eius ingenue periculo communicauit.
participium ſibi ſempiternae gloriae peperit.
Quanto autem ſtudio perſeruandae fi
dei integritati excubaret. alias etiam
demonſtrauit. cum agrippinae ſynodali
euocato conuentu eufratam epiſcopum here
tica prauitate corruptum. cum his qui
frequentes conuenerant pontificibus
gradu mouit eccleſiaſtica uſus cenſu
ra. Iſ enim inſaniſ accedens hereticis.
ihesum chriſtum non eſſe uerum dei filium prædi
cauit. De miraculorum gratia deſunt
ſancto maximino. quibus edictis ſuae prædi
cationis fidem tardioribus faciebat.
Nempe et caecis lucem optatam infun
debat. et paraliticorum ſolutos artus
in priſtinum uigorem reformabat. et eos
qui demonum peruaſione humanam mentem
exuerant fedo dominio liberabat. Quod
ſicut incredibilis uideatur uirtus
iſta inuenies ex his quae ad eius memoriam
hactenus multa fiunt poterit confirmari.
Erat ei ſollempnis conſuetudo ſanctorum luſtra
re memorias. eorumque opem ſummiſſis preci
bus flagitare. Cuius rei gratia cum romam
tenderet. opinatiſſimum confeſſorem
martinum conuenit. uinctique ſunt pontifi
ces diuiniſ rebus intenti. laborem iti
neris non ut alii ſentiebant. Illis tranſ
in ulteriora progredientibus. forte aſel
lum qui ſarcinas beatorum ferebat ur
ſus offendit. et eum protinus deuorauit.

dicitur impedita deuenirent. man
ſuetiſſime familiabatur ſubuectioni.
In nullo denique loco priſtinam a ſancto uiro ua
gandi poteſtatem recepit. prius tamen
licentia quemque laedendi penitus erepta.
Quod ut primum ſibimet iunxit graues ita
boni ſuo ſemper delectantur conſortio.
maximinus epiſcopus beatum martinum in
treuirorum urbem ſecum inuiſere coegit.
ſuoque populo duplicata benedictionis
commercia reuexit. Cumque per aliquot dies
manſiſſet ibi. iam ad propria reuerſurus.
martinus ſpiritualem ſibi filium luben
cum maximino commiſit erudiendum.
Cui ille parens uoluntati ſacris eum
litteris inſtituit. et impoſito gradu
preſbiterii. in uico qui chubriuno dicitur praefecit.
Memor interim memorabilis pater
maximinus propinquorum. aquitaniam pa
triam ſuam repetiit. ibique per aliquan
tum temporis ſuorum uſus contubernio.
graui preuentus infirmitate uita ex
ceſſit. et ſanctorum laborum fructum adnocu
mulata mercede ſuſcepit. Cuius ſucce
dens in epiſcopatu paulinus. qui fidei ſuae
ueritatem exilii perpeſſione firmauit
communicato cum clero et populo treuirorum
conſilio. ſanctum maximinum ab aquitania
ubi humatus fuit. reuehendum eſſe de
creuit. Itaque facto agmine clerus ac
populus aquitaniam uerſum tendentes.
emenſis prolixis itinerum ſpaciis. tandem
haut longe a loco ubi precioſus ille cla
debatur theſaurus. ad noctem fatigati
ſubſtiterunt. Ibi ceteris corpora curan
tibus quidam ſeniorum proſtratus domino ſupplica
bat. ut illius exoptabilis loci quem
ipſe cum ſociis penitus ignoraret ali
quod mererentur indicium habere.
Vix orationis uerba finierat. cum puer
gregem ouium ſequens. nomine beati
maximini pontificis iuratiue aſſumpto
ouem ſi quo ipſe nollet accederet. i…